

1792.

1311 den 28 Apr.

Upsala.

Ärkebiskop Nils i Upsala lofvar 40 dagars aflat för de botgörare, som på de förmämsta Mariadagarne besöka det af honom till Jungfru Marias ära helgade kapell i Upsala domkyrka.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

NICOLAUS diuina miseracione Archiepiscopus upsalensis. Omnibus presentes litteras jnspecturis. Salutem in domino sempiternam. Licet is de cuius munere venit vt sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, ex habundancia pietatis sue et merita supplicum excedat et vota, bene seruentibus multo maiora retribuens quam valeant promereri. Desiderantes tamen populum domino reddere acceptabilem, fideles christi ad complacendum ei, quasi quibusdam allectiuis muneribus jndulgencijs videlicet et remissionibus inuitamus vt exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur vt capella beate virginis ecclesie nostre vpsalensis ad cuius laudem et honorem, altare ibidem consecrauimus congruis honoribus a christi fidelibus frequentetur, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, Omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam beate Marie virginis capellam in ipsius festiuitatibus. videlicet assumptionis, annunciacions, natiuitatis. et purificacionis. necnon et conceptionis eiusdem, deuote accesserint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum vpsalie, Anno domini. Millesimo, CCC<sup>o</sup>, vndeclimo, quarto kalend. Maij.

På frånsidan: Jndulgencia xl dierum hiis qui capellam beate virginis vpsalie in maiori ecclesia deuote visitauerint in IIII festiuitatibus beate virginis ac die conceptionis eiusdem.

Sigillet bortfallet; röda och gula silketrädar sitta qvar.

1793.

1311 den 29 April.

Norby.

Hertig ERIK vidimerar Konung Birgers stadsfästelse på Lars Bobergs och dess söners samt Algot Jonssons donation till Wårfruberga kloster, af d. 30 Dec. 1304.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris ERICUS dei gracia dux sweuorum, salutem in domino sempiternam, nouerint vniuersi nos litteras infra scriptas, non rasas non cancellatas non abulitas (!) nec in aliqua parte

sui viciatas vidisse et intellexisse in hec verba, BIRGERUS dei gracia &c.  
Se N:o 1450. Ne igitur super premissa donacione aliqua dubietatis materia  
in posterum suborri(!) debeat sigillum nostrum presentibus duximus appo-  
nendum,. Datum anno domini. M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XI<sup>o</sup> quinta feria, proxima ante diem  
apostolorum filippi et jacobi apud villam norbý.

Sigillet saknas.

1794.

1311 d. 15 Maj.

Stockholm.

FOLKE JONSSON upplånar, mot pant af sina gårdar i Husby Sjutolft och Wreta för Konung Birgers räkning 127 mark och ett halft öre lödigt silfver af Ärkebiskop Nils och Kapitlet i Upsala, att inom 6 månader betalas.

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 56. (f. 50. v.).

Omnibus presentes litteras inspecturis FULCO JONSON salutem in domino sempiternam Notum facio per presentes me nomine et pro vsibus magnifici principis domini mei, domini birgeri dei gracia sweuorum gothorumque regis illustris, a venerabilibus viris dominis, domino reuerendo patre, N. dei gracia archiepiscopo, et capitulo suo vpsalensi, C. viginti septem marchas cum dimidia ora boni puri et examinati argenti in sweco pondere, mutuo recepisse, pro qua argenti summa, in omnem euentum ad maiorem certitudinem in pignero et obligo curiam husaby siutolft et curiam meam de wretum in fanø cum omnibus adiacenciis et pertinenciis earundem vibili locorum longe videlicet vel deprope situatis, dictis archiepiscopo capitulo et ecclesie vpsalensi perpetuo possidendas, nisi eisdem infra sex menses computandos a die date presentis, per dictum dominum meum regem fuerit legaliter et integraliter de predicta summa argenti satisfactum In cuius rei testimonium vna cum sigillo dicti domini archiepiscopi ad meam supplicem instantiam sigillum meum proprium duxi presentibus apponendum datum stokholmis Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> undeeimo ydus maii.

Öfverskrift: Jopignerauerat dominus fulco jonson curias suas husaby siutolft et wreta in fanø pro CXXVII marcis puri receptis nomine regis byrgeri ab eccllesia vpsalensi.